

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Relationi e disvorsi varii Italiani, italienisch und lateinisch - Cod. Durlach 26 bis 32

Delle cose di Francia - Cod. Durlach 30

[s.l.], [1559-1593]

Iudicium de tribus praetensis capitibus Henrici Borbinji et fautorum eius

[urn:nbn:de:bsz:31-236280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-236280)

Iudicium de tribus prætensis capitibus
Henrici Borbonij, & fau-
torum eius.



An Henricus Borbonius sit habitandus, ut
Christ. Francie Regno Rex preficiatur.

Vtrum in foro exteriori, uel saltem interio-
ri poenitentiali beneficium absolutionis
sit Henrico Borbonio impendendum.

Num Henrico Borbonio petenti sit
à Sanct. Dño Nro audientia de-
neganda.



Institution de l'abbé de ...
Henri de Bourbon, duc de ...

formis curis.



Le duc de Bourbon, duc de ...
Le duc de Bourbon, duc de ...



3
701.

An Henricus Borbonius sit habitandus, ut
Christ.^{mo} Francia Regno Rex pra-
ficiatur.

Cap. p.

De Henrico Borbonio Principe Bearnensi
Rege constituendo veluti Regno ac-
movendo tres potissimum circumferen-
tur hominum opiniones. Una Hu-
gonotorum sive Calvinistarum, et
Politiorum, Altera Catholicorum
federalium, Tertia Catholicorum
quorundam eiusdem Henrici fautorum,
Inter quas haec est differentia, Nam
primi id est Hugonotti, et Calvinis-
ty veram Religionem Catholicam

Romanam, ne idem autem Rex, sed et
de etiam, et saepe in frequenter,
et Altaria dei, et templo sanctorum
euerentes, et eorum ministros
trucidantes, et polluta Reli-
gionem parvipendentes, et Regem
quicumque sit sive haereticus, sive Ca-
tholicus agnoscens, ac ab illo toti-
pendentes, quorum omnium pax
est iste Borbonius, eundem sibi
Regem fore optant.

Federatis Catholicis, acram, et sinceram
Catholicam Religionem Romanam
inviolatam esse cupientes, et solum
Regem qui sit Catholicus, et uere
Christi.

Christianissimi constitui desiderantes, in hoc potissimum incumbunt
 harum caput, et protector primarius est. Pontifex Romanus et
 Rex Hispaniarum etiam adiutor
 et principalis defensor, qui et milites armatos, et ingentes sumptus subministrant, ea potissimum causa,
 Ne Rex hereticus Illustre Regnum occupet, et univocum inter paucos annos hereticum efficiat, ideoque dant operam efficacem ne Borbonius iste hereticus, relapsus imperitens, Regno Francie preficiatur. Catholicis fautores Borbonij sine ob

ignorantiam, et incogitantiam, quia
fortassis nesciunt, quantum malum
sit hereticis, et quam periculosum, se-
cretium uel suspectum de heresi Regē
constituere, uel ob alias priuatas ra-
tiones, et causas, eundem Borboni-
um ad Regnam promoueri studeant,
sed ne infatuorū secretialis sape-
stitutionem incurrant, nō est atq̄ id re-
cupere dicant, quam si ille conuer-
tatur et bonus Christianus, ut ipsi
loquuntur, efficiatur.
Omissis primis Calvinistis uidebilia
et Politicis, quorum et impia, et
stulta prorsus est opinatio, quis
enim

enim ferat eos dicentes, aut prosequē-
 dam aut non curandam Catholicā
 Religionem Romanam, aut nullam
 Pontifici Romano unquam fas in
 Gallie Regnum eiusq; Principes fu-
 isse, nec esse, aut nugas esse putan-
 das, excommunicationes, et anathe-
 mata contra leges Gallie, ab Aposto-
 lica sede, lata, hec enim non so-
 lum heretica sunt, et blasphemā, sed
 etiam stulta, et contra fidem his-
 toriarum, omittis unquam istis
 primis aliorum rationes sunt ex-
 pendende, et videndū an expediat
 Borbonicum Regno Gallie p̄ficere.

Et quoniam horum periculis plena
est graui quaedamonia, audent enim
asserere contra. iustitiam. agi, et Jus
violari, nisi Borbonio conueno gra-
tificentur, et satisfiat, et propterea
diligenter est inspiciendum, an iusti
aliquid uel honesti contineat ear-
um petitio, ut pretensio, quae tota circa
tria capita potissimum uersatur.
Primum et praecipuum est, ut Borbonius
ad Regni coronam habilitetur, non
obstanti inueterata eius perfidia
et anathemati quod superioribus
annis a sede Apostolica contra ipsum
fulminatam fuit, dicunt enim
eum

enim iam esse conversum, et obierit,
 illa eius conversionem quam superiori
 mense July in oppido s.^o Dionisi publicè
 in ecclesia fecit

Alterum est ut saltem beneficium abolu-
 tionis eidem impendatur.

Tertium est, ut saltem ei non denegetur
 aud.^o que neq. fidelibus, neq. infidelibus
 neq. etiam Demoni si peteret esset deneganda.

Et hæc summa est eorum que pro parte isti-
 us Henrici Borbonij proponuntur ratio-
 nes autem quibus utantur iudicio ipso-
 rum satis sunt speciose, arant enim illum fac-
 torum bonum Christianum missurumq.
 ad Vrbem huius fidei certè pignus. Nec

401
reliquit Carbonium filium Principis Condé-
vir, quem ille designat Regni successorē,
pacem in illo regno ita fore non alibi con-
ciliandam, Nam Principes sanguinis
non ferent alium Regem, quā de domo
Borbonia, quod nisi ita fiat perpetuis
bellis et seditionibus vexabitur
Gallia, quod non expedit sedi Aposto-
licae, Et haec quidem sunt graviora,
nam ceteras rationes, quas proponunt
de lucro Curiae ob expeditiones Regni
Galliae, quas iubet hanc Henrici Borbo-
nii et eo quod etiam Christianum Tride-
ntinum in illo Regno recipiet, et de im-
pediundo Hispano, ne solus oīa occupet,
et

et regnet, plane sunt utiles, et bene, et
illis ostendunt istos non moveri bono et
simplici zelo tuende Catholicæ Religio-
nis, ut paulo post patebit.

Anteq̃ dissociatur primum caput de
habilitando Borbonis animadvertendū
videtur istos eius fautores, aut non
plene intelligere qualitatem, et gra-
uitatem negotij, de quo agitur, aut si
plene intelligant non posse fugere
fautori hæreticis suspicionem
non puto eos negare Borbonium
istum fuisse insignem hæreticum
non quemlibet, sed Calvinistam, id est
de illa hæreticorum sedula, quæ pernicio-
siores

et pestilentiores foetus producere solet, quan-
ta autem malum sit heresis, ut omittit
et ceteris, Felix Sapa et Mart. expressit
dicens, heresis quippe est nimis im-
pia, et Evangelicis inimica veritatibus.
quem non portionem aliquam loedere,
sed ipsa Catholicæ Religionis conatur
fundamenta convehere, quocirca enim
rapit ad se, non solum in hoc vitæ,
sed in multis aliis vitæ. mere facit
et ipso scilicet antiquo hoste non
solum persecutores Ecclesiæ, sed etiam
sacerdotum eius faciunt.

Dicitur est de Calvinistarum rebelle
pestilentiores foetus, quam ex alijs
herese

hereticorum officinis provenire, id verum
esse dogmata eius secte testantur, in
quibus hec sunt primacia.

Missam non fuisse a Christo institutam,
neque esse sacrificium, neque opus bonum.

Nullum esse peccatum mortale preter in-
credulitatem.

Vota omnium hominum cuiuscumque ge-
neris, et presertim monastica, esse
vana, et nihil uolentibus prodesse.

Sola fides sine operibus homines iusti-
ficari.

Deum esse causam omnis mali, et cum ho-
minibus pessimas cogitationes inspici-
runt, ut mala operentur, adeo ut non

homo peccat, sed deus ipse sit efficiens
et volens peccatum.

6. Nullum desiderium, nullam hortationem,
nullum fastidium esse peccatum, cum deus
ipse ista omnia operetur in homine.

7. Quod ceteris est gravius non credunt salu-
miste divinam Trinitatem Patris et filij
et spiritus sancti.

Longum esset cetera huius scholæ Calvini-
anæ dogmata recensere que non sunt
supradictis summissa, aut magis pie
ea referunt.

Hec huius Joacimus, Quersbalius, staphilius,
Lindanus, Hosius, Tatedius de sanctis
et alij viri Pij, qui ea voce, et scriptis
confutaverunt. Hec

Hec deditur Borbonium, imò ne dum de-
 dicine, sed pertinacem defensore
 eorum fuisse sedis Apostolicæ in lit-
 teris Fel. recor. Sixti V. contra eundem
 Borbonium testatur dicens ille Henricus
 Borbonius quodam Calviniani errores
 atq; hereses etiam ab ineunte adoles-
 centia secutus est pertinace quod eius
 patrocinium excrevit.

Eisdem uero doctrine Calvinianæ presi-
 dijs quod Borbonius genuit præsertim
 post obitum à se heresim eandem
 Apostolicæ sede in eisdem litteris do-
 cuit, et hæc uerba. sequis hereticos
 per duellos, et seditiosos ad arma contra

Carolu' et Henricu' Reges et reliquos
Catholicos omnes concitavit confestim
sumos exercitus, acitis etiam externa-
rum Nationum hereticis contraxit,
quibus omnia partim loca eruentis pio-
rum hominum cedibus foedata sacra
et compla temerata et dirupta, sacer-
dotes et Viri Religioni cruciantibus ma-
ridati sunt oppida preterea et muni-
tiones Catholicos partim insidijs, partim
vi, et armis occupavit, et in eis Catho-
lica Ecclesia ritus prohibuit, ac sus-
tulit. Ministros, et Concionatores heret-
icos constituit Civis et Incolas ad ean-
dem impietatem minus verberibus
coegit

coegit, sed ne hoc quidem satis si-
 bi existimans inter alias intimam
 quendam suam nefarijs artibus in-
 structam, suis extra Gallie fines ad
 diversa loca misit, per quem cu' pri-
 marijs hereticis impia consilia sua
 communicavit, eorq; vires et arma
 contra Religionem Catholicam et Ro-
 mani Pontificis potestatem provoca-
 vit Conciliabula quoq; hereticorum
 in diversis provincijs habenda cura-
 vit, quorum non nullis dum iniquis-
 sima illa foedera contra fidem Catho-
 licam, ac praesertim contra Ecclesias,
 Clerum, et universos Catholicos Regni

Francie vacabantur) ille non solum
interfuit, sed etiam presuit hanc, ibi
Neque ex eo tempore summi suscepit
Concilia, quinimo eam adversus
sedem Apostolicam, et Romanos
Pontifices concepit animo iras, et post
illam declarationem contra ipsum editam
verbo et scripto protestatus sit, se per
petuum futurum Ecclesie Romane
hostem, eamq; semp; flamma, ferro, bel-
log esse persecuturum, et Romanos
Pontifices, quos ille infames appel-
lat verbis loco hostium habiturum, et
cum possit miris modis cruciaturum.
Neque ex his satis potest credimus, ualere
esse

11
62
esse periculosum, nec fautorie heretica-
lis crimine ac suspicionis carere pro-
pito Impio Bourbonio intercedere, longe
vero periculosius et perniciosius esse da-
re operam ut Regno Catholicorum pre-
ficiatur,

Sed respondent fautores eum bene conversum
iri, et futurum bonum Christianum.

Sed ista profecto omnino vana sunt, et
in gentibus plena periculis, a quibus
longe sedi Apostolica abesse debet,
nec ullo unquam tempore inducenda,
ut Bourbonium Regnare patiatur, mi-
nus vero cum ad Regnum habitare
considerentur. Primum in genere omnium

hereticorum mores, qui, ut sanctus
Paulus ait, sunt ingrati, scelerati sine
pace, absq. fœdere, mox Principum, et
Imperatorum, qui à fide Catholicis abis-
quando defecerunt, spectentur, studia,
et luce clarius apparebit, neminem fu-
isse aliquando Principem hereticum,
alicuius heresis contagio infectum, qu-
etiam si erga Catholicos aliquo tempo-
re benevolentiam simulavit, eam
tamen postea data occasione in imane
odium convertent, adeo ut Catholicos
maxime depreperit, hereticos vero
sue secte magnopere foverit et
vetulerit.

et hinc

Et licet inspecta natura hereticorum suffi-
 ciat ponere regulam generalem, quae
 fortassis nullam exceptionem inveni-
 retur, habere, ut quicumque Principes ab-
 haetate deservita fide Catholicam
 heresim quacumque serio amplexus
 est, Inde deinceps Fredericum, et pro-
 missorum quae cum Catholicis pepi-
 gerat, fuerit violator, et fidem suam
 quibuscumque datam variaverit, et co-
 mutaverit, nihilominus uno, aut
 altero exemplo res illustrabitur, ut
 mus. Inius Hottel intelligat
 in his omnibus quae pro parte Bor-
 bonij proponuntur, velut in herba

• uicente' latere anquem, ueneni a se
lis potiones in uase aureo propinari,
sub speciem recti et boni insignes late-
re' fraudes, dolos, simulationes et pe-
ricula inextricabilia sedi Apostolicę
ueluti aurea. retia. quibus fraudulen-
ter inuoluatur obtendj.

Nemo dubitat futurum quoniam Borbonius
fingat se conuersum et fortasse etiam
Concilium Tridentinum recipiat (at-
tolicis faueat sedi Apostolicę obe-
quium presteet, bene sacerdotia dis-
tribuat, et deniq; omnia Ecclesiastica
constituta custodiat, sed ista an fide
frant, ut Regnū pacificę consequatur,
et be-

caeris placuit animum et Regnum esse
auspicatus. Socrat. lib. 3. cap. i. histo.
Caelis. Solomon. lib. 9. cap. 2. Miceps.
lib. 10. cap. 9.

Ac ne si statim se suam impietatem pro-
disset populos in se acrius concitaret
aut ad defectionem compelleret initio
quoq. Imperij clementiam prebuit,
Nam omnes qui propter Religionem,
regnante Constantino in exilium
pulsati fuerant, reuocauit, et pro-
scriptis bona sua, lege restituit. Quin
etia' populo precepit, ne quis quemq.
Christianor, uel iniuriarum affice-
ret

ret, uel contumelia neue ad imolandum
eos inuitos traheret. Solomen. lib. 3. histor.
Ecclesiast. cap. 1. Socrat. lib. 3. Micephar.
lib. 2. cap. 4. or.

Et postquam plene rerum potius fuit horribiliter
uastauit Christianorum fidem, Nam
Clericis omnem Immunitatem honorem,
et frumenti congruit ipsis a Constanti-
no donata ademit, legesq; eorum causa
conditas abrogauit, et eos denuo Cru-
cifixis addidit, Nouationum Ecclesias
solo equatas reedificauit, gentilitium
ritus renouauit, eorum templa appe-
ruit, et uictimas immolauit. Socrat.
lib. 3. histor. Eccles. cap. 9. Solome. lib. 3.

cap. 5. Nicophor. lib. 9. cap. 5.^o

Julianus in cogitibus faciendis, ut ait socone-
mus lib. 5. cap. 5. et supplicij ad corpus
cruciandum excogitandis, paulo mode-
rator fuit quam ante, cū Impera-
tores Ctesiam fuerunt protequuti
in alijs tamen rebus longe fuit crude-
rior cū constet eum in omnibus ac-
cerbe et graviter eam afflictasse.

Henricus plane Borbonius in hoc Juliano
equatis in illo primo longo illi inter-
uallo superavit, cum ad cruciandas
Catholicos pios oppressi soluit, exter-
nos etiam hereticos exercitus convoca-
verit,

notens

ens Imperator sacro Baptismo ablatus,
 Primo doctrine Scholasticæ ornamento deco-
 ratus pietatem coluit, et dum sibi pu-
 tauit commodam Catholicis, clemens fuit,
 et humanus usq; eo, ut ad optimorum
 Episcoporum pedes se prosterneret, et S.
 Blasii quæ postea crudeliter vexauit
 preces, quem et beneuolentiam, magno
 humilitate deponeret Maximianum in orat
 in Sancti laudes.

Adem tamen paulo post, relicta doctri-
 na Apostolica Catholicos Episcopos
 ab Ecclesijs expulit, et exilio relega-
 uit Theodor. lib. 4. histor. Eccl. cap. 12.
 Nicephor lib. ij. cap. 1. 2. et 3.º

Atq. tam immaniter in Christianos est de
baedatus ut omnes hereticos cuius-
cumq. secte, ac ipsos etiam paganos
suis Hofarijs sacris. Inui permiserit et
solis Christianis Catholicam interdi-
xit Religionem.

Memoria dignu' est illud Anastasij Impe-
ratoris exemplu' cum ante mille annos
cum Zenone, mortuo eius uidua Aria-
dena Imperatorem designandu' curavit
quoniam Anastasius apud Rufinum
Patriarca Arianismj suspicionē in-
currerat, et propterea constanter a
Patriarca aduersaretur, non prius
sequestrate' ceremonie postulauerint.
factus

facturum esse dixit quod Anastasius gra-
 vi iuramento inscriptum is relato
 confirmarent fidem se inuiclatam
 seruatorem nec non Calcedonense
 synodu examint sententia, reliquis
 tribus additurum esse. Consentit quide
 Anastasius illis conditionib, et eas
 inscriptum retulit, et ita ab Eufemis
 inauguratus Imperij Coronam accepit
 Ceterum quid Manicheis, et Arianis
 fauebat, eorq, sectas propagare stude-
 bat, non potest autē efficere quod
 uolebat propter Biographu, quo
 se ad fidei Catholicę defensore
 obligauerat, illud multis modis a Pa-
 triana

recuperare minus est. Cum uero Pa-
triarca fortiter resisteret, et fidei pro-
ditorem se existimaret si Chirographū
Imperatorum promissionis redderet di-
gnitatem motus exiliū protulit et
Macedonius successor eius graues quo-
que iniurias obdenegatum Chirographū
a b. Imperatore passus est, adeo ut col-
lecto hereticos conuentu Anastasius
Macedoniū cogere uoluerit ad dandū
synodū Calcedonenē Theodor. lib. 3.
Histor. Eccles. cap. 32. Nicephor. lib.
ib. cap. 26.

Simile Chirographū iuramenti obligatio-
nis uinculo minutū, et roboratum, quo
se

se Borbonius sedi Apostolicae observasse
 rit, quando Calviniana sectam abiecit
 rit, et perpetuo se Catholicum futuram
 spopondit tam indigniter elusit, tam
 proditorie, et crudeliter violavit, ut im-
 prudentis, et aperte Impij hominis sit
 velle quem summo Romano Pontifici
 persuadere, ut Borbonio credat, vel
 Borbonium admittat aut ad ipsius Regni
 erigat.

Quo tempore Ariana perfidia in occidente
 fauentibus Constantiopolitanis Impera-
 toribus crudeliter grassabatur eodem
 promouentibus Henrico et Henrico suan-
 dator Regibus Africanam immantiter

vexabat Ecclesia, et Hunericus ut liberiorē
necesse et Christianos protegendū occasio-
nem nancisceretur pietatem in ingressu
Regni simulavit rem omnem, ut gesta
est Victor Arelicensis Episcopus gra-
uis auctor lib. 2. de prosequit. Han-
dalia narrat his verbis mortuo Hen-
derico, Hunericus maior filius patri
procedit, qui primordio Regni ut has-
bet subtilitas Barbarorum cepit
modius, et moderatius agere, et maxime
circa Religionē nostram, ut
etiam ubi antea sub Rege Hennerio
previdicatum fuerat, ne spiritalis
fierent. Conventus, conventus
con

concurrerent populorum, et ut se reli-
gionum ostenderet, statuit sollicitus
requirendos hereticos Manicheos, ex quibus
multos incendit, plurimos autem
dextra pot. nauibus transmarinis,
quos pene omnes Manicheos sue Reli-
gionis inuenit, et precipue Pres-
byteros et Diaconos, Arrianos, Heteros
Hec ille.

Henricus Borbonius nullam adhuc simili-
te pietatis exemplum exhibuit nulli
sue secte Ministros supplicio affectit,
aut exacerborauit, hoc solum fecisse
cum nouissimus, paucis enim diebus
antequam simulatam ederet conuersione

quos Ministros Calvinianæ perfidiæ ma-
tor vice iussit ut cum sorte sua cū miraretur
tot hinc. Facile deprehendi possit cum non
omnino alieno animo ab illis esse et
data occasione eos fore reuocaturum.

Quo nam uero tenderet illa ficta Humanitas
Clementia illa simulata calliditas
et fraus uulgaris post paulo Idem
Victor tradit dicens amputatis
igitur in breui omnibus quos
timebat, et solidans sibi ut pu-
tabat Regnum quod breue fuerat
et caducum omnino ex parte otiosus
atq; securus ueriuersa tela iura-
uit in persecutionem Lutheri. ^{ca}
rupes

regis tunc se conuertit. Hactenus
 Victor, qui paulo post ibidem
 leges impias quas contra Catho-
 licos tulerat. Haereticus recenset,
 nam aciora, et crudeliora, semp
 Impius ille meditans, atq; exco-
 gitans qui membra aliquot Ec-
 clesiae absciderat totam eius cor-
 pus laniando perdere nitebatur
 eamq; ob causam sua componebat
 et publicabat edicta.

Victoria Gotthardus Rex in Hispania
 ara septingentesimo quadragesi-
 ma Regis patri succedens in Regni
 solio Clementissimus initio fuit

Nam quos pater exilio condennave-
rat quasi clienti dos restituere la-
boravit, et quod pater impone-
rat grave iugum ipse modice re-
levavit, et convocatis omnibus
cautiones Instrumentorum
quas pater in dolo confecerat, ipse
in conspectu omnium digno in-
cendio concremavit, et non solum
liberos reddidit ab insolubili
vinculo cautionum, verum etiam
omnia restituit, que ego in-
firmaverat, et expulsus officia
restituit Palatino. Ceterum li-
cet optime medoasset, postmodum
infra

inflagitia delapsus, quasi laxatis
 habenis, nulli vitio se subtrahit,
 et plures simul uxores, et concubij-
 nas publice ausus est retinere
 Quia vero à viris Pys sibi ista obji-
 cebantur. Vitula facinorosis ueluti
 bus scelera cumulans. Clericis om-
 nibus ne dum induluit, sed et precii-
 pit, ut uxores et concubinas unam
 et plures haberent iuxta libidam uo-
 luntatis, et ne Romanis constituti-
 onibus, quæ talia prohibent in
 aliquo obedirent. Proter. Teletani
 lib. 3. cap. 14 et 15. et Jo. maria lib. 6. cap.
 10. de reb. Hispan.

has

Hic etiam accedat insignis Henrici
Quarti fraudulentia et ficta hu-
militas, tam diu occultata, quam
diu quod desiderabat à Pontifice
impetrare graue facinus, et cre-
dita difficile Impius Henricus a-
gremis, nam postquam eum libertate
violaret, et graues iniurias Ecle-
sij intulisset Gregorium septimum
Romanum Ecclesie Pontificem co-
gregato Romanorum schismaticorum
Concilio dignitate Pontificia pri-
uare conatus est. Pontifex Ana-
thema in Henricum vibrat, nisi resi-
piscat, ille tamen timens ne in se
omnium

omnium odium concitaret, et impe-
 rium amitteret ad Pontificem super
 ueniam petitorus in Italiam properat
 Canusium oppidum erat in agro Regiesi
 Mathilde Comitissæ subditum in illud
 Pontifex custodię causa se receperat,
 Ad hoc ergo uenit Henricus, et delicti
 ueniam, et excommunicationis absolu-
 tionem a Pontifice petitorus, qua li-
 habita uenerat, et quã alte humili-
 tate simulauerit, Lambertus
 Scanaburgensis de rebus gestis Ger-
 manorum sub anno 1179. et Al-
 bertus Crancius in Saxonica lib. 1.
 cap. 1. cap. 6.

Narrant his fere uerbis, venit Henni-
tus, ut iussa fuerat, et cum Castellū
illud triplici muro septum esset in-
tra secantem murorum ambitum
receptus feris relictis omni comitatu
suo deposito cultu Regio, nihil pre-
ferens Regium, nihil ostendens po-
paticum nudis pedibus ieiunus
mane usq; ad vesperam prestabat
Romani Pontificis sententiam
presto, laudo hoc secundo, hoc ter-
tio die fecit. Quarto demum die
in conspectu eius admissus post
multas hinc inde dictas sententi-
as, multis appositis conditionibus,
et

et Juramento coram sanctissimis
reliquis prestiti excommunicatione
absolutus est, amoti fuerunt ab
Imperatore mali consiliarii, in-
venit illo corrigere et debere, quas
contra libertate' Eccl. & leges ediderat.
Sed non multo post perfidus Henricus
in pristinum revolutus perfidi-
am initum cum Romano Pontifi-
ce foedus violavit, et conditiones
omnes et Invenientia Ecclesiasti-
caram legum vincula, quibus
ille cum Apostolica auctoritate
se abstrinxerat, tanquam amulaz

tela diripuit, abiectisq; omnibus
timoribus dei habens in omni-
bus, quæ animus sugerebat effre-
nata libertate efferebatur, multoq;
deinde maiores in Ecclesia dei
tragedias concepit, et acius
quam antea leges Ecclesiasticas
evertit.

Hanc perfidiam in Borbono ex-
ta in est Apostolica sedis, ga-
tam et si et Henricus Rex, et
Carolus Cardinalis Borbonius
pro ipso sponderit, et ipse
solenni quoq; ritu heresim omne
et

et laetitia in primis obcurauit
et laetauerit fidem Romanę Ecclesię
perpetuo se obseruaturum cum primu
dicationem et nactus omnia violauit
et reuic.

Gregorius Sobocbradius iq. Bohemę Rex
uenero hęcis Hucitaru in fectores, ut
uictis omniu animis sibi conciliaret,
non alias nisi pro hostiu morte uide
licet aliorum Regem Austrariensem
in Aulam Regiam ingredi se uellet
palam protestatur est, pceptis pceptis
Iurciurando a Romano Pontifice (a
testo eius nominis tertio sibi oblato,
quis promittit obedientiam suam.

Romanę Ecclesię in uirtute fidei, quę
eadem Romana Catholica, et Apostoli-
ca Ecclesia profitetur predicat, ac re-
tinet custodiat, et illa tueri, ac pro-
pagare pro uirili exire uelle, ac
populum sibi subiecti ab omnibus
erroribus, sectis, heresibus, atq; ab alijs
articulis Romanę atq; fidei Catholice
contrarijs uocare ad ritum, cul-
turę ueterem reducere ac restituere,
quo iuramento premisso die 25. Maij
anni 1439. coronatus est, que cum
ab ore eius audita et max. p. de-
gnam divulgata fuissent, magna
ei gratiam apud optimum quemq;

conci-

concilia uocant, sperantem illorum que-
 rebat bene raris principijs bonum exitum
 consequenturum, quem opinionem con-
 firmare uidebatur humanius qua
 prias tractans et facilius ad magistro-
 bus admittens eos qui Romane hoc
 est Catholice et uere essent Religionis.
 Ceterum postquam stabiluit Regnum, et
 inuictiora oppida et ciuitates in sua
 potestatem redegit in apertu proferens,
 latens heresis uenena in totum diffun-
 dere Regnum conatus est, bello oppres-
 sit Catholicos Romane Ecclesie fi-
 dem abnegauit Apostolicos Nuntios
 in carceres misit compedibus, catenisq

conversit, et lamentabile Religionis
Catholicae tragedia agens Regnum intra
paucos annos adeo heresibus infecit,
ut nulla pene Catholicae Religionis
vestigium reliquere videatur, neq;
ab eo tempore, usq; in presentem die
Romanam est fidei restitutum Jo: Gu
braedius Epus oltemufenses lib. 3.
histor. Basem. et Jo: Coëbles lib. vi.
histor. Husitar.

His prorsus simile, et quaedam etiam cru
deliora exercuit contra Catt.^{os} Hen
ricus Borbonius postquam abiuravit
et se Catholicum futuram, ac Ro
manam Ecclesiam fidem servaturus spopondit.
Lodre:

727⁵

Podrebradius iste Rex impius Poloniae
Husitarum scriptor Inuentore, et con-
silij Principe scilicet Borbonius se-
cū habet Morneū à quo dementatur
et contra Catt.^{os} magis incitatur
bello Podrebradius in Bohemia urge-
bat Cattolicos, ut Haereticos fieret
Borbonius, ut omnes Gallos calum-
nias compelleret, externarum etiam
Nationum exercitus, quos militibus
proprijs coniungeret aduocauit Fantin-
um Apostolicum Nuntium Podre-
bradius coniecit in vincula Turco-
nensis iuxta Borbonij diploma, Lan-
drianum Nuntium à fel. rec. Grego-
ris

xiii in Gallia missam ad mortem pe-
titam, cum capi posset condemnarunt

Jo. Fabrianus lib. 30. Histor. Bohem.

Jo. Cochleus lib. in Histor. Hussitar.

Postremo de Elisabetha pretensa Anglica
Regina notius est exemplum quam
ut multis explicare sit necesse capti-
ua illa in castro Sandinensi ob sus-
picionem rebellionis, et hereticæ pravi-
tatis detinebatur singularis Princi-
pum quorundam benignitate, et fa-
vore libertate viri nobilis Thomas
Popier, et Robertus Gagus uelut cus-
todes, et fidei exploratores adhibiti
sunt, quos cum illa muliebri astutia
et

et Religionis Catholice simulata pro-
fessione decipinet, et eandem Regno
Nobilissimum occupasset quos deinde
fructus produxerit, statuta, et leges
eius impio perpetuo testabuntur in
persecutione Anglicana in Catholi-
cos, nihil crudelius aut horribilius
inueniri potest, aut excogitari.
Et supradictis conseruentur duo satis
clara, et magistra experientia com-
mata, primum usitatum esse more
Principum Tyrannorum hereticorum, et
schismaticorum humilitatem simula-
re sanctitatem, et Religionem sin-
gere, ut regent, ac initio ipso regnady

blande, et humaniter agere, et multa in-
terdum antecessorum errata corrigere
et subditos quandoq; grauaminibus
oneribus, et uectigalibus liberare, ut
omnia tuta reddant, et in suam
trahant potestatem, adeo ut uerissimū
esse appareat, quod sanctus Leo Papa
eius nominis Primus, scripsit dicens hu-
militer irrepant, blande capiant, molli-
ter ligant, latenter occidunt, sanctus
Leo rom. s. de Ieiunio x. mensis, Alter
eisdem Regni habenas adeptos omnia
sua arbitrari gerere nullum pro-
missam seruare, dissimulata stu-
dia patefacere, et impense colere ueteres
amicos

amicos reuocare, malos Consiliarios
 et magistratus suis auribus praesentantes bonis, et integris amotis adhibere impietatem, et reuicium et priuatum et publice exercere: difficile enim est Principes uiros et presertim peccare auctores summa potestatis, et rerum omnium licentiam adeptos ratione uirtutesq; frenare.

Sed in primis hereticae laeae corruptos ceteris esse detestabiliores, et propterea ualde periculosum esse eis cetera si uenia petat federe luculenter docuit Gynllus Archiepiscopus Alexandriae contra Nestorium in actis Concilij Ephesini

Thom. e. 18. Ingolstadtien' impressionis
anno 1576

Quod si Imperatores isti ac Reges quos
setulimus, neq; ab initio patentes Im-
pij imò uero fortassis boni, ac neq; re-
lapsi fidem promissam se fellerunt fo-
edera ruperunt ingentia, que con-
teperant animo facinora, perpetra-
uerunt quid sperandum erit de isto
Borbonia abeunte adulescentia in he-
resi calumnia nutrita, alto obfir-
mato pertinaciter relapso.

Sed dicunt Borbonij fautores non frangere
fide, dabit pignus Romane Ecclesie
Alteru Borbonium quem designat
post

post se Regem restituere, et eo consilio
ad urbem restituendam transmittere.

Quod attinet ad primum de fide ipsa
seruanda, id neq. incredibile est, neque
facile, neq. possibile, na' ut mediocriter
eruditis notum est eos qui Caluini do-
ctrinam, et dogmata profitentur non
solere fidem.

Rursus nunquam arctius, nunquam fir-
mius, nunquam solennius, nunquam
maioribus prestande fidei obligatio-
nibus potest restringere Borbonium
qua' etiam iam olim sub Carolo Nono
se deuinxit ad fidem Catholicam
perpetuo retinendum, qui si tunc

privatus quoad Gallie regimen Regem
suum Carolum, et Regis fratres, Nuntium
Apostolicum Pontificis Romanus, summum
Cardinalium Collegium, totam Celsam
Catholicam, et Christianos Principes
quando post abiectam heresim ali-
qua fide, et Dei honore uideretur,
imbutus insigni infidelitate delusit
et seellit quid facturus sperabitur, si
constituatur Rex, si omnia suo arbitrio
moderetur, et qui nullum Deum credit,
diuinam enim Calvinistae abnegant
trinitatem, nec Deus est nisi unus
et trinus, per quem prestabitur for-
mam, et ualidum iuramentum.
Quod

sed vero ad pignus sine obsidem quem
 se daturum profitetur spectat. Ego
 Primum puto illum non futuram obsi-
 dem, sed aspidem qui sit mores Roma-
 ne Curie exploraturus, et mala si
 que repererit secuturus, quo deinde
 acrius contra Ecclesiam Romanam
 insurgat, vel hinc sumpta maioris
 perfidie, vel inobedientis persecutio-
 nis occasione, quam sicut alij iam
 fecerunt es colore uestret, et coh-
 nestabit, et dicat se non persequi Ec-
 clesiam, sed malae Ecc^{cos} et deprav-
 uator eor^{um} mores si quo fortassis in
 Curia Romana poterit deprehendere

Sed uanissimum præterea est putare, idò
Borbonium seruaturum fidem sat-
tolicam, et à pristina perfidia reces-
surum, quod obsidem quasi fidei ius-
sorem transmittat ad sedem Apostolicam,
nam id ipsū animosiorē illā officiet
ad transgredienda sibi iniuncta man-
data, et coloranda, et excusanda
omnia quæ impiè geret. Cum uero
non sit retinendus in Caria con-
strictus et catenatus poterit, quando
ibi patabit comedū fegam arripere:
Postremo tam et si filius eius Legitimus
et naturalis foret ille alter Borbo-
nius parum adhuc aut nihil parum
moueret

non crederet, quod minus cum summo etiam
 eius vite periculo Calumniam sit pro-
 pagaturos, cum nos sit Regum Hereti-
 corum nec proprijs filijs parere, ut p-
 fidiam secte, quam profiteentur lati-
 us propagent, Leo Vigibellus Visigotho-
 rum Rex in Hispania Ariana per-
 fidia furore repletus, dum eam au-
 gere conaretur Cōt^{us} prosequēbat.
 Epōs religabat Cū^{as} redditus, et bona
 in fiscabat, et quia Hermanegildus
 filius nefandis vitibus quibus Arianorū
 pater erat addictus noluit consentire
 varijs p^m tormentis cruciavit, demū
 securi percussus parricida impius Deo
 martire

martire consecrauit. sanctus Gregori-
us lib. 3. dialog. cap. 31. Roderic Toletan
lib. 2. c. 14. de reb. Hispan. cap. 24. g. i.
Io. Marian lib. 5.º de reb. Hispan. cap. 12.
Longe preterea minus urget illa factor
Borboni ratio de Gallia pacanda
si ille Rex constituatur, quasi si alter
fiat ob potentiam Borbonicæ familie con-
tinuis ut bellis ageanda id quod mini-
me expediret sed. Apstoc, nam de-
mus hoc istis Borbonistis siue Nauer-
ristis, et uideamus ex istis duobus
malis, ac euidentibus periculis qto
nd sit potius eligendum.
Primum Henrico Rege constituto Primum
eculen

Eo. Saltem periclitabitur tota fi-
 des. At. in eo Regno procul dubio mu-
 tabitur, ut supra ostensum fuit, si ille
 non fiat Rex Galliarum bellis desinat.
 In hoc periculo conflictu non est dubium
 quin illud sit gravior, quo fides uni-
 versa in Regno perire potest, illud vero
 minus quod bella secum afferre soleat,
 ergo hoc minus eligere oportet, ut
 minus illud, et graves perditus evi-
 tetur. Nam concitium ait dum malis
 licet sint dio tantissime, prece-
 uenda tamen si periculi necessitas
 ex his unum propterea compulere
 id debemus resolvere quod minus.

neque videtur obligare Conditio. Tolet.
cap. 2. ap. duo mala est destin.
Rursum facilius est bellis, quam hereticis
finem imponere, qui ubi semel Regnum
aliquid vel Prouinciam occupave-
runt, nec facile, nec breui tempore
extirpaci consueuerunt.
Bellis autem saepe finem imponit victoria
mors Imperatoris, et casus alij, uarij quos
humana prudentia non facile asse-
quitur, id praeterea certum est, et longa
proset exemplor, serie comprobari
impios et hereticos Principes raro diu
persistere, rarius uero feliciter exitus
habere consueuisse
obtinet.

Præsentur ergo Impria et blasphemica ora
 deprecantiū, et intercedentiū pro Hen-
 rico Bourbonio, et iam tandem rescrip-
 tant isti fautores intelligentes, nec
 sine crimine fautorie hereticales pos-
 se fieri istā intercessionem, neq; quicq;
 magis absurdū periculōsū aut turpe
 posse sedi Aplice persuadere.

Quod postremo loco commemorat de Philippo His-
 panie Rege Cæsar huius potentie et felicitatis
 gaudio Cæsar est, et Cæsar Reus defensor, medr
 iter assuesant uelle eū oia occupare
 et Gallie Regnū deglutire, quasi nihil
 sit iam in orbe reliquū, qd tantę eius
 cupiditati possit sufficere, longe est
 à ueritate alienū, nec nimis imprudēter

quæ impudenter, et impie de tanto Rege
obloquantur, cui eius potissimum opera Gal-
licæ Cath^æ vivant, respiciant et spectent
Cæ^{am} Gallicam suo splendore, et pu-
ritati post tot hæresiu procellas fore res-
tatuenda. Qui si proprijs tñ comodis, et
nō potius uni soli orthodoxæ fidei con-
servandæ studuerit longe minori negotio
et sumptibus q̄ quos hact^{us} in sacro foredece
conseruando insūpit totū ut Regnum
ut maiore eius parte in suam potatem
reducere potuisset. Optus ipse tñ arum
eius luce clarior patefecit, nā cū xpianæ
Reip. comodis et fidei Cath^æ puritati cōseruandæ
Et latius spargandæ semp inuigilet per obli-
gūa mag^{is}. Rom. Cū^{is} agnouit se esse deū. tñ
Cath^æ Franciæ Regno. Cath^æ et uere ppri-
missimū Regem proprijs quantū po-
test, hæreticum autem penitus ar-
ueri uera.

173

Vtrum in foro exteriori, uel saltem interiori
 poenitentiali beneficium absolutionis
 sit Henrico Borbonio impen-
 dendum.

Cap. II.

Sed uideamus iam alterum caput petitionis
 auctorum Borbonij, uerum ille sit absoluentis.
 An primum percunetamar utrum putent ipsi
 seino' absolutum in sacrilego illo conuento
 celebrato apud oppidum s^{ti} Oconij die
 27. Julij. Nam si responderint illum se uera
 sine absolutum, aut frustra, nunc aut
 fraudulenter istam rursus petunt ab-
 solutionem.

Verum interim intelligant gravissimum illud

124
fidei, facinus, et Ecclesiarum legibus perni-
tius interdictum in consilio Pontificis in suo,
vel potius, contradictione legati Apostolico
Barbonie Cantuarii. Poelatos auro temere
impie, et sacrilege inducere in Ecclesiam
hominem hereticum, relapsum, excomuni-
catum, et per Romanum Pontificem in-
habilitatum. Quo scelere, quid sceler-
